

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Sacerdos f  
cum fontibus proximo et primo

*Manipulus florum*, Sacerdos f:

Pastori ecclesie dicitur: diligenter adhibe curam eis quibus te preesse contigerit; agnosce animos et actus singulorum; si quid uicii in eis inueneris, citius castigare memento. Non enim tu semper pascendi dominicas oues potestatem habebis, sed eternam percipies coronam, si tuo tempore bene paueris.

Glossa super illud Prouerbiorum XXVII.:  
Diligenter agnosce uultum pecoris tui.

Fons proximus:

**Diligenter et cetera.**

Pastori ecclesie dicitur Diligenter adhibe curam eis quibus te preesse contigerit. agnosce animos actusque singulorum. si quid uicii in eis inueneris. citius castigare memento. Non enim tu semper pascendi dominicas oues potestatem habebis. sed eternam percipies coronam. si tuo tempore bene paueris.

*Glossa ordinaria, liber prouerbiorum, 27.23* (Biblia Latina cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).

Fons primus:

*Diligenter agnosce uultum pecoris tui tuosque greges considera; non enim habebis iugiter potestatem, sed corona tribuetur in generatione generationum. Pastori dicitur ecclesiae: Diligenter adhibe curam eis quibus te preesse contigerit; agnosce animos actusque singulorum, et si quid in eis uitii sordidantis inueneris, citius castigare memento; non enim tu semper oues dominicas pascendi potestatem habebis, sed aeterna est corona quam percipies si commissum tibi gradum tuo tempore bene ministraueris.*

Beda Venerabilis, *In Prouerbia Salomonis libri III.*, 3.27 (CCSL 119B, D. Hurst & J.E. Hudson eds., p.135, ll.76-83).